

virtutes Herculitribuntur. Quam ob causam h̄ic in Gadibus, & olim in Zelandia, & Taciti tempore in Frisia colebatur, vbique finium Oceani custos atque protector. Est in Zelandia pagus, Germaniam ad Oceanum, & illud Scaldis ostium terminans, quod proximum est Galliae, nomine VVest Capel. In eo olim fanum fuit Herculis Limitanei, quia h̄ic extreum esset limitanea regionis, qua Germania ad Galliam finiretur. Cernitur apud VVestcapellanos lapis in baptisterio muro infixus, cum hac inscriptione.

H E R C V L I M A R C H V S A N O.

Marc, Cimbris & Saxonibus limite, Hus, domum ab Hu, id est, custodio, tueor, vnde Hercules Marchus, natus, limitis defensor & custos. Vel, Marchus, Domus limitis, vel domus signi dicebatur. Erat enim in Zelādia signū nautis expositum, quod clauū recte tenerent ad Scaldis ostia subeūda, cuius loco nūc turris est Vvestcapellana. Et eundem turriū Herculis in Gadibus, ex vasto Oceano nauigantibus vsum fuisse, nō est ullum dubium.

Fuerunt etiam in Frisijs, non procul ab ostijs Rheni, vbi Oceanus eum absorbet, Herculis Limitanei columnæ, quas Tacitus magna celebritate cōmemorat, quarum reliquiae in tractu Tenterorum, hoc est, in Drenta adhuc visuntur, vico Roolden, haud procul à Coeordia oppido, nō sine spectantium admiratione. sunt enim singuli lapides (quorum non partius acerius est) tantæ magnitudinis, vt nullos currus, nullasque naues admittere posse videantur, neque ibi fodinæ lapidum sunt, vt, loco paludo, quare suspicio est, eos illuc à dæmonibus, qui Herculis nomine illic colebantur, aduectos fuisse. Stabant enim super columnas aræ (Saxa vocant Itali, vt quidam inquit poëta) quas ad aras incolæ viuos immolabant, maximeque aduenas, quos prius, quām mātarent, cogebant transire angustum foramen, quod subaris erat, transfeunteque stercoribus insectabantur ac perebant: Quod & hodie faciunt, præsertim, si Brabantum nati fuerint, vnde sāpē cædes oriuntur. Foramen ipsum, ob ignominiam S. Diuines Curti, hoc est, Demonis cunnus appellatur. Verum hanc immolationem D. Bonifacius, primus horum locorum Euangelista, sustulit. Huius videndi monimenti causa, Drusus Germanicus, fama excitus, auspicijs Augusti, primus Romanorum, septentrionalē Oceanum nauigauit, teste Plinio lib. 4. Sed, vt refert Tacitus, obstat Oceanus, in se simul, & in Herculem inquiri, sanctiusque & reuerentius vi- sum, de actis deorum credere, quām scire. Commentaria Althameri male hunc Taciti locum explicant, de his columnis, quas in Gadibus ille habet. Atque hæc quidem de Herculis columnis haec tenus.

Ad Gaditanam insulam redimus, cuius eam partem h̄ic accuratiū exhibemus, quām Sacello S. Sebastiani Promontorium S. Sebastiani nuncupatur, vulgo, Punta di S. Sebastian, Et, Fin del mundo, eò, quod isthinc in Indiae usque, mare sit perpetuum, & nulla amplius terra appareat. Vehementior maris aestus, qui in extremum hoc promontorium magno impetu impingit, longo temporis tractu, magnam insulæ partem erosit, & in vasta maris altitudine, cautes & scopulos multos reliquit, vnde nautis ex Oriente per Herculeum fretum tendentibus, frequenter non leue periculum imminet.

Petrus Medina, quem Dominus Abrahamus Ortelius in descriptione Regni Valentiae, Petrum Methinensem vocat, opere, quo totam Hispaniam, etiam Gaditanam insulam describit, Fretum, inquit, Herculis, quod vulgus Estrecho de Gibraltar nuncupat, latum est quasi quatuor miliaria, Europam & Africam diuidit, habens in Europa Calpe, in Africa Abyla, præcessos & celebres fama montes. Inter quos mare coarctatur, & quod parua inter eos sit distantia, Stridum, vel angustia, vulgo Estrecho de Gibraltar vocatur, Duo hi montes, nunc Columnæ Herculis dicuntur, Eò, quod scriptores referant, Herculem, cùm ex Africa in Europam transfraset, terram ad Gades, quæ nunc Insula, tunc autem cum reliqua Hispania continens erat, primum calcasæ, lustratisque maris littoribus, his montibus duas magnas columnas imposuisse, & ab eo tempore historicos omnes columnarum Herculis meminisse. Alij autem tradunt, eas columnas non fuisse marmoreas, quales nunc ponuntur, sed Herculem magnum lapidum aceruum in mari coaceruasse, cumque tam firmū reddidisse, quām nunc iij montes spectantur. Carolus V. has Herculis Columnas iure optimo, symboli loco usurpauit, quum victoriæ & potentiae suæ ornamenta longè ultra hoc fretum diuersis mundi partibus nota fuerint, quibus à Deo, tanquam inuictus Hercules datus, iustitiam, belli, pacisq; tempore administravit, Optimo igitur iure scribitur,

P L V S V L T R A. Noch weiter der Kayser.
Quibustamen hoc addendum putavi, recensi in publice gratulationis Sereniss. Principi Ernesto &c. Antwerpia facta descriptione Hispanos in columna quadam Herculem populo spectandum proposuisse, monochromate colorisæne depictum, & geminas brachijs humerisq; columnas magno conatu asportantem, ipsius usque pedibus hoc distichon, aptè subnexum:

Amphitryoniadeter magno cede PHILIPPO, Tu veteri, ille nouo defixit in orbe columnas.

23. Muri notabiles partes supersunt, qui Gadiū urbem à tota Insula seclusit, & veluti vallum ac propugnaculum defendit, iuxta capellam S. Mariae. Hic autem murus, ex magni Theatri, hoc loci olim constituti, ruinis edificatus est, In quo quidem Theatro candida marmorea Cupidinis statua mirè artificiosa, inuenta, & ante Prætoriam domum vrbis Gaditanæ constituta est, Truncus similiter Herculis, etiam ex candido marmore, magnitudine gigantea in angulo Ecclesie la Misericordia collocata.

17. Ruinae hic antiquarum Gadiū apparent, vrbis quondam magnifica, quam Strabo & veteres scriptores ad Oceidas Insulæ partes consti- tuerunt, cuius fundamenta maxima, cisternæ, cellæ concameratae, & saxa ingentia marinis reguntur fluviis, ita quod piscatorum retia h̄ic inuoluuntur, & rumpantur saepius, vt in primo vrbium Theatro, in Gadium descriptione explicauius. Certè magnam quondam urbem fuisse, & ex ruderibus ipsis, & ex vrinatorum relatione, qui de æreis portis & murorum reliquijs, quas sub aquis frequenter inuestigant, mira referrunt, & ex Strabonis commemoratione appetunt. Qui refere eam urbem ita creuisse, quod post Romanam, ceteras mundi vrbes anteibat. Et, cùm illi ager nullus esset, omnes illius vrbis incolæ ad nauigationem se contulerunt, in aportandis Romanis rebus mercatorijs, maximeque eis, quæ ab Hispania exportabatur. Adiecit etiam Strabo ad illius amplificationem, quod, cùm census semel exigeretur ex ea, reperti sint in ea militaris ordinis equites aurati viri quingenti, quod nusquam in aliqua ciuitatum Italiae compertum, quām in Patavio vrbē.

18. Nouū pescationis genus appictum h̄ic cernitur, quod Gaditanorum industria ita instituit. Magnam maris partem, super impositis saxis ac scopolis, quasi obſepiunt & muro claudunt, quod dum pisces magna frequenter copia se recipiunt, (recenti quippe argilla & luto delectantur) decreſcent mari, recedere nequeunt: Et sic, quod delectabile viſu, varijs generis pisces, sine hamo & reci, manibus capiuntur.

21. Hic elegans & venusta Hoffnaglij Miniatoris præstantissimi manus mercandi modū expressit, quo Hispani cum Hollandiæ nautis in Gaditanæ Insula hærentibus vntuntur, qui vt Hispanicam non callent linguam, ita nec hi Hollandicam. Et tamen merces suas, quibus delectantur Hispani, nullo accidente interprete, ipsiſ diuendunt, elatis digitis mercium fuarum pretium indicantes, tot enim erigunt digitos, quot rea- libus mercem suam æstimant.

24. Quando Triremibus, quæ quotannis in Indiā, vel ad qualescumq; Regis vſus adornantur remiges desunt, arte & eleganti dexteritate hoc homini genus conquiritur, abiecte folidis, vilisq; conditionis, vagabundi ac validi, qui vltrovia, sed tamē annuē seruituti seipsoſ emancipant. Prodit in publicum deputatus ad hoc, quem vocant Alquafil de Corte, in erecto tentorio, ad mensam tapeto decenter stratam resideret, In qua tria, quibus inſeat, & facile capitur hoc homini genus, adornata sunt ferula, aurea & argentea pecunia, aleæ & luforiz chartæ. Fortuna & libertatis præmium proponitur, quatuor ducati, veleorū valor Iulij, siue Reales quadraginta quatuor. Accedunt bini & bini, chartas vel aleas, prout placuerit, & inter eos conuentum fuerit, eligunt, assidente supradicto Alquafillo iudunt, vñctor præsenti pecunia & libertate donatur, vñctus, statim ad Triremes & annuam seruitutem abducitur. Ita Remiges cum lusu acquiruntur & gaudio.